

vern.⁷, | L. Calpurnio L. f. Pal. Chio Felicissimo, | libertis libertab. posterisq. eorum b. m.

Ostiae rep., iam Romae (XIV 309 vidi). — 1) Cf. N. 6455. — 2) Codicariorum. Cf. N. 6475. — 3) Ter honoratus. — 4) Functionis sacomariae, intellegit Mommsen, referens ad collegium Silvani. In arae Ostiensis XIV 54 latere legitur votum Silvano et in frontis margine superiore . . . ram sac. . . onam Aug. Genio . . . sacomar.; quae quamquam non intelleguntur, tamen demonstrant coniunctionem quandam Silvani cum sacomario Ostiae. — 5) Scr. magister. — 6) Cognomen Martis (vel signi Martis) a Borghesio (bull. Inst. arch. 1846 p. 104) relatum ad Ficanam oppidum quod dicitur fuisse ad viae Ostiensis lapidem undecimum (Liv. 1, 33 cet.; Festus p. 260 s. v. Pulia saxa). — 7) Filios libertorum natos in aedibus patroni putat Mommsen.

6164 P. Horatio | Chryseroti | se viro Augustal. idem | quinq. et immuni Larum Aug. | ex s. c.: seviri Augustales statuam | ei ponendam decreverunt, quod | is arcae eorum HS L n̄. n̄. dederit, | ex qua summa HS X m̄. n̄. ob honorem curae | Sex. Horati Chryserotiani, et reliquorum¹ | HS XL m̄. n̄. excepta stipulatione², ex usuris | semissibus et m̄. II³ s. s. s.⁴ quod annis idib. Martis | natali suo inter praesentes hora II usque | ad asse (*sic*) dividatur (*sic*) deducta oratione statue (*sic*) | et familiae Augustal.⁵ HS C n̄.; quotsi ita | factum non erit, tum ea HS XL r̄. n̄. | dari rei p. Ost. sub eadem condicione | qua s. s.⁶ est. Ob cuius dedicatione dedit | decurionibus X V et Augustalibus X V; | isque honore sibi habito sumptum statuæ ordini Augustalium remisit. (*In latere*) dedic. | XV kal. [Ia]nu[ar.] | Mamertino et Rufo | cos.⁷

Ostiae, iam Romae (XIV 367 vidi). — 1) Scr. reliqua. — 2) Insere ut. — 3) Non intellegitur (sed similiter etiam XIV 431). — 4) Summae supra scriptae. — 5) Familiae Augustalium destinantur sestertii centum, reliqua, deducta summa necessaria ad orationem statuæ, ipsis Augustalibus. — 6) Supra scriptum. — 7) A. 182.

6165 Marco Licinio | Privato¹ | <decurionatus ornamentis honorato et>² | biselliario in primis constituto | inlatis rei publicae sestertis | quinquaginta milibus n., | <quaestori et qq. corporis pistorum Ostiens. et Port.³>, | magistro quinquennal. collegi | fabrum tignuariorum lustris | XXVIII⁴ et decurioni eiusdem | numeri decur. XVI⁵, decuriali srib. | librario⁶, tribuli tribus Claudiae | <patri et avo decurionum>² | patrum (*sic*) et liberorum clientium⁷, | <patri equitum Romanorum> | universus numerus | caligatorum⁸ | collegi fabrum tignuarior. Ostiens. | magistro optimo, ob amorem et merita eius. | L. d. d. d. p.

Ostiae in theatro rep. (XIV 374 vidi). — 1) Idem memoratur in latere basis supra N. 615. — 2) Quae uncis inclusi, postea litteris minoribus addita sunt. — 3) Portensium. — 4) Collegium fabrum tignuariorum Ostiensium lustra numeravisse etiam ex aliis titulis scimus. Sed principium huius numerationis incertum. — 5) De sedecim decuriis numeri (ita dicebatur plebs collegii) fabrum tignuariorum Ostiensium cf. N. 1428 not. 4. — 6) Cf. N. 4569 not. 1, 6146 not. 7. — 7) Cf. N. 6048 not. 3. — 8) Similiter plebs huius collegii dicta etiam in aliis titulis ab eo positis, supra N. 615. 1428.